

# DOMINI SYMPHORIANI CAMPE-

GII, EQVITIS AVRATI, ET CLARISSIMI LO-  
tharingiae Ducis Antonij primarij medici, in historias ex omni-  
bus Galenilibris à se recenter excerptas, ad praeclarissimū  
uirum dominū THOMAM CAMPEGIVM Bo-  
noniensem, Apostolicæ sedis Protonota-  
rium dignissimum, Præfatio.



PLERISQUE s̄epe rogatus sum, ut Galeni historiales cam-  
pos, quos sanè multos hacēnus sparsim scripsi, in unū collige-  
rem, & officiosa impressorū manu atq; industria ea omnia ante  
recognita, accurateq; digesta, cōmunia pluribus redderē. Ne-  
gociū meū aliquando cogitans hæsi, distuli, torſicq; me etiam: ea  
enim erant partim ita dispersa, ut receptui classico nullo quidē  
signo ad uexilla reuocari amplius facile possent. Partim etiā in  
discipulorum manib; habebantur per Galliæ totius diuerſa gymnaſia, partim cæ-  
cis nostræ bibliothecæ angulis, ſitu ac puluere penè tabescentia diu facuerant, pro-  
cul à mente, omniq; memoria: ut difficultimū sanè mihi uideretur, in corpus aliquod  
unum tot membra difiecta componere. Meas cogitationes quoq; non magno stu-  
dio lucubratas, ſatis placere poſſe diffidebam, ijs præfertim, qui ſtricta libella omnia  
appendunt, & corrugata fronte ac rhinoceroteo naſo aliena tanquā odorant. At-  
que ideo interim coepi in lucem emittere De claris medicis librum, prætentaturum  
iter, qui impressoria arte diuſuſus in plurimos, à multis probatus, atque ut ipſe uidi  
*Alexander*  
*Benedictus* digne habitus eſt: cui clarum præter cæteros testimonium dedit ALEXANDER  
BENEDICTVS ille noſter: ille inquam, qui ſingulari doctrina, & accurata de re  
quaq; ratione, græcarum præterea literarū eruditione, ætatis & ſeculi noſtri nemini  
ni cedit: ea una epiftola ad nos in Galliam, quæ ad philosophiæ Platonicæ caput ap-  
voluta, ueluti ſereniſſima gemma fulget & emicat. Hinc incensa mihi fiducia, ut cæ-  
tera iſta quæ diximus ita ſparsa quoquouersum ac diſſeminata, in unū cogere-  
mus. Quod cum fecerimus, quæ ex multis deperditis inuenta receptaq;  
ſunt (quæ ſanè Galeni historiales, à Campegiorm cognomine  
Campos appellandas duximus) tuo ampliſſimo nomini  
merito dedicanda putauimus. Fruere igi-  
tur, & me uicifſim ama.